Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars II.

Wien, 1794 Seite 1807

Quelle:
Copyright:

Fol. CLXXIX. Rationarium quoddam expenſarum in rem familiarem, fortaſſe *Joh. Fabri*, germ.

Fol. CLXXXIII. *Hieronymi Walther* ſenioris Epiſtola germ. ad *Joh. Fabri* commendatitia filii *Jodoci*, qui per annos 14. *Welſerorum* negotia in *Italia*, *Gallia*, *Belgio* et *Hiſpania* procuraverat. Dat. *Kemnitz ſabbato poſt Jacobi Apoſt.* 1539.

Fol. CLXXXVII. Ordo et Ritus Miſſae Pontificalis pro Defunctis. Incipit: *Pontifex miſſam celebraturus pro defunctis, induitur Pontificalibus omnibus paramentis nigri coloris* &c.

Fol. CXCVII. *Rectoris et Academiae Vienn.* Libellus ſupplex germ. ad *Ferdinandum* Regem 1539. ut mandet portionem *Ibſenſis* telonii Profeſſorum ſtipendio adtributam ſolvi, et in alios uſus non converti: ſecus Profeſſores dimittendos fore. Erat haec portio 800. flor. et jam a. 1406. a *Wilhelmo Auſtr. Duce* Studiorum Univerſitati adſignata. Vide *Conſpect. Hiſt. Univ.* ad *h. a.*

Fol. CXCIX. *Georgii Fiſchell* J. V. D. et Praepoſiti S. *Virgilii Friſaci in Carinthia* Epiſtola germ. ad *Joh. Fabrum*, qua urget, ut in eos, qui Coenobium *Völkenmarktenſe* (O. Erem. S. A.) profanarunt, inquiratur, et poena decernatur. Dat. *Friſaci 28. Jul.* 1539.

Fol. CC. Rationarium Eccleſiae Parochialis in *Miſtelbach.* 1539.

Fol. CCIV. *Wilhelmi de Caſsl* equitis praetoriani (vulgo *Hartſchier*) Libellus ſupplex germ. ad Reg. *Ferdinandum* pro munere Telonarii in *Veldkirch.*

Fol. CCVI. Varia Scripta ad Eccleſiam B. V. M. *Solienſem* in *Carinthia* pertinentia, puta: *Elenchus* ſacrae Supellectilis Provinciae Praefidibus pro neceſſitatibus publicis traditae, *Gravamina* Cauponum et aliorum Accolarum ob prohibitam Peregrinorum et Hoſpitum receptionem, Regis et Provinciae Praefidis ad haec *Reſponſum.* &c. Omnia intra annos 1526 — 36.

Fol. CCXIV. Codicillus memorialis: *Quae per fratrem Eckii in curia regis et apud Legatum Summi Pont. expediri debeant.* Petuntur varia pro variis, ſacra, profana. Prima tamen petitio eſt pro Eckio, *penſione ei aſſignanda LX. fl. in auro* &c. Sub finem autem *Eckius decreuit nil beneficiorum amplius acceptare niſi d. legatus vel ſedes apoſtolica eum aliqua parua prepoſitura honoris gratia honoraret, quae reſidentiam perſonalem non requireret* &c.

Fol. CCXVI. *Johannis Eneller* Epiſtola germ. ad *Joh. Fabrum*, qua rogat, ut Regi Rom. referre velit, Clerum et Populum Oppidi *Weyl*, ſubtractis licet reditibus ex Praefectura *Beblingenſi* antea perceptis, in avita religione conſtanter perſiſtere. &c. Dat. *Weyl 20. Maji.* 1539. *Wila* Civitatibus Imp. accenſetur in *Suevia.*

Fol.